



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Diuortium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Principe concessam ait: petens autem dispensationē, sine causa, venialiter peccat, & fortè mortiferè. *Conar. l. c. nu. 7.*

Addit. } Si princeps alicui officium conferat, & noscat eius impedimentum, censetur dispensare. *Panor. in c. in cunctis, de elect. Fun. vers. Dispensatio nu. 25.*

Si consanguinei matrimonium contrahāt, ut mitius secum agat Pontifex, inualida est illis dispensatio, dum hoc non patefecerint. *Conar. epit. p. 1. cap. 6. §. 10. nu. 14.* qui ibidem ex Abb. refert dispensationem, tacita vritate, vel obiecta falsitate, circa ea, quæ Principem mouere poterant ad negandum, vel concedendū, nullam esse. Quod notabis in primis.

De dispensatione irregularitatis *Maior. l. 5.*
 Clausula motus proprii non inducit dispensationem illegitimitatis, aut irregularitatis. *Staphil. de effect. claus. nu. 4.*

Disputatio, vide Fides.

Diuortium, vide Debitum coniugale, Dos, Matrimonium.

Possunt coniuges etiam habitatione separari, ob coporis aut animæ periculū, & propter alterius pertinacem hæresim, vel adulterium, vel sodomiam, vel pollutionem cum aliquo extraordinariam, etiamsi cū coniuge inuita. Quod si est occulta causa, & alio-

G 3 qui

qui scandalosa separatio, opus est ad eam Superioris auctoritate, non autem ad separationem thori.

* Quod si vide *Sot. d. 36. q. 7. ni. ar. 3.*

2 Post diuortium, innocens non tenetur alteri etiam emendato reconciliari, (tenetur autem ei volenti alter) sed potest ordinari, vel fieri Religiosus; detrudenda tamen est adultera in monasterium, iuxta *c. Gaudemus. de cōvers. conjugat.* Quidam tamen putant adulterantem post diuortium debere adulteram reuocare, sed alij id negant probabilius.

* Ordinari jura *Sot. d. 36. q. 1. ar. 3. Le des. q. 3. ar. 4.* sed contrariam sententiam sequitur *For. lib. 13. c. 14. q. 13. Cum Innoc. Io. And. Hoff. Anchar. Ant. de Butrio.*

3 Sufficit ad separationem suspicio de adulterio adeò vehemens, vt pro certitudine habeatur.

4 Vxore consentiente, & votum continentiae emittente, potest vir Sacerdos fieri: quod tamen, nisi illa senex sit, faciendum non videtur.

* *Sot. d. 38. q. 1. art. 2.* immò, diuortio facto, ob fornicationem, potest vir innocens, inuicem vxore vel profiteri in religione, vel sacris ordinibus insigniri. Idem dicas de vxore innocente, quo ad Religionem.

5 Potest, secundum quosdam, vxor discedere à viro nolente desistere à furtis, aut vxore

ris: qu

6 Ad

abfit

etiam

fortè

Vxor

rum d

7 Qu

ultera

animo

* *Sot.*

iugem

si iam

8 No

obper

9 Po

rari, ad

10 r

ranti

coniug

h

natio p

lij iure

quirite

tè om

mortu

Sed de

autem

in eod

occult

ris

ris: quod ego non facile admiserim.

6 Adulteram non tenetur vir dimittere, si absit scandalum ex retentione. Quod si ipse etiam adulter est, non potest dimittere, nisi forte ipse sit emendatus, & illa impoenitens. Vxor verò nunquam tenetur adulterum virum dimittere. *Vide Debitum coniug. 8.

7 Quidam putant petentem debitum ab adultera censei reconciliatum: at potest id sine animo reconciliationis fieri.

*Sot. d. 36. q. vii. art. 3. dicit, non posse coniugem innocentem nocenti negari debitum, si iam per petitionem facta est reconciliatio.

8 Non potest discedi à coniuge a mente, nisi ob periculum vite.

9 Potest coniux à coniuge ad tempus separari, ad illius correctionem.

10 Non potest dimittere, qui dedit adulterandi occasionem, aut scit factum sine culpa coniugis.

11 In adulterio notorio perditur dos, & donatio propter nuptias (de paraphernalibus alij aiunt, alij negant sed id Iudex viderit, requiritur enim eius sententia:) redduntur autē omnia post reconciliationem: at adultera mortua, ei ad quem eius morte pertinebant. Sed de ijs Iureconsulti censeant. Notorium autem dicitur adulterium, si deprehendantur in eodem lecto, aut (secundum quosdam) se occultè inuicem osculari.

12 Facto diuortio, filij partem innocentem sequuntur, de Iure Ciuili.

Addit. 3 Vir innocens adulteram vxorem priuata auctoritate domo pellere potest, si ipsa non sit iudicem aditura, & scandalum non immineat, potest certè abeuado illam deserre. *Sot. d. 36. q. vii. art. 3. in fine.*

In causa diuortij vir, & vxor sunt pares. *Christiana 32. q. 5.*

Peccatum contra naturam est vna ex causis diuortij. *S. Th. add. ad 3. p. q. 62. art. 1. ad 4. Lib. ibid. etiam apud Turcas teste Augerio Gisleonio Busbequio legationis Turcicę Episcopi.*

DOCERE DOCTOR.

1. **D**octorus etiam Grammaticam, debet prius facere fidei professionem, iuxta Bullam Pij Quinti, itemque promouendus ad gradum aliquem, aut Rectoris, aut Cancellarij officium.

* De Doctorum peccatis vide *Nau. c. 25. l. 2. nu. 55.*

2. Qui sciens se non esse idoneum, gradum Doctoris, aut Licentiati petit in Theologia aut Iure, aut Medicina, mortaliter peccat, & qui scienter admittit.

* Vide *Syl. Doctor. q. 4. Nau. l. c.*

Qui scienter 3 Vide *Fu. Doctor. 1. Syl. l. c. Nau. l. c. nu. 57.*

3. Gradus datus apertè sufficienti, sine examine.